

SPECTATISSIME DOMINE DECAE,  
 VIR NOBILISSIME, AMPLISSIME ATQUE EX-  
 CELENTISSIME,  
 DOMINE AC COLLEGA HONORA-  
 TISSIME,

Qui nunc literas commendatitias ad Te  
 dare debuiffem, pace tua hoc scribendi  
 confitium non nisi ad gratulationem  
 transfero. Cur enim tibi non impense  
 gratuler, SPECTATISSIME DOMINE DE-  
 CAE, cum tam iucunda et digna ti-  
 bi offeratur occasio illius auctori-  
 tis, qua iam polles, exerendae? Com-  
 mendandus enim tibi pro more est  
 honorum philosophicorum Candida-  
 tus, ipse FRATER tuus Suavi-  
 simus; quem uti et doctrina epima,  
 et industria laudabilis, et uita ex  
 omni parte honesta, bonis omnibus

commendant, ita et Tibi in isto arctissimo san-  
 guinis amorisque vinculo non potest non iam  
 esse commendatissimus. Igitur uideo mihi  
 rectissime supersedere posse copioso laudum  
 testimonio, propterea quod huius Candidati  
 virtutes ipse omnium maxime nosti, eiusque  
 desiderium lubens meritoque explebis, eun-  
 dem propediem ad MAGNIFICVM ACADEMIÆ  
 PROCANCELLARIVM, ~~literis~~ simul perscriptis  
 missurus, ut huius auctoritate atque indul-  
 tu ad examina consueta admittatur. Quod  
 reliquum est, DEVM immortalem precor, ut  
 hoc institutum rei sacre atque literariæ in  
 uniuersum felix fortunatumque, Summe  
 venerandæ et amplissimæ Familiae Vestræ  
 honorificum, ipsique adeo Candidato mul-  
 tis modis fructuosum esse iubeat! Vale.  
 SPECTATISSIMÆ EXCELLENTIÆ T.

Dab. e Museo,

A. A. S. clbcccxvi.

cultor studiosissimus,

C. G. Schwarzius, L. L.

V 17 V

ORDINIS PHILO-  
SOPHICI  
SPECTATISSIMO DOMI-  
NO DECANO,  
VIRO EXCELLENTISSIMO  
DNO JAC. QUIL. FEVER-  
LINO  
Logices et Metaphysices  
Professori Publico Ce-  
lebratissimo.